

SCRIPTA

Numéro Scripta : 2269

Auteur(s) : Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

Bénéficiaire(s) : Mont-Saint-Aignan, Mont-aux-Malades-lès-Rouen (prieuré)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1172-1178]

Lieu d'émission : Quevilly

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Concession d'un droit de foire par Henri II, roi d'Angleterre, aux lépreux du Mont-aux-Malades.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Langlois Pierre (Abbé), *Histoire du prieuré du Mont-aux-Malades-lès-Rouen et correspondance du prieur de ce monastère avec saint Thomas de Cantorbéry (1120-1820)*, Rouen, Fleury, 1851, p. 399.
- b. Chevreux Paul, Vernier Jules-Joseph, *Les archives de Normandie et de la Seine-Inférieure*, état général des fonds, recueil de fac-similés d'écritures du XIe au XVIIIe siècle accompagnés de transcriptions, Rouen, Lecerf, 1911, planche XXIV (fac-similé).
- c. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° DXXIV, t. 2, p. 87-88.

Texte établi d'après b

H., Dei gratia rex Anglorum et dux Normannorum et Aquitanorum et comes Andegavorum, archiepiscopo Rothomagensi, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus et omnibus ministris et fidelibus suis Normannie, salutem. Sciatis me concessisse et dedisse in [per]petuam elemosinam et presenti carta confirmasse pro salute regis H., avi mei, et domini patris mei G., comitis Andegavorum, et M., imperatricis, matris mee, et pro salute mea et omnium antecessorum meorum, leprosis de Monte Infirmorum super Rothomagum feriam singulis annis in perpetuum habendam a primo die septembris usque ad festum Sancte Marie in eodem mense, tali scilicet conditione quod dimidietas proficui nobis succedat in usum et alia dimidietas predictis infirmis ; et quicquid infra hos predictos dies ferie ad Rothomagum aut per terram aut per aquam venerit, quod consuetudinem debeat, nobis sit medietas et alia infirmis ; et cum talibus consuetudinibus sit feria statuta quales sunt juste consuetudines Rothomagi, salvis libertatibus civium Rothomagi. [Conce]do etiam et confirmo eis .LX. libras et .VI. solidos et .VIII. denarios Romesinorum annuatim ad festum Sancti Michaelis habendos [de v]jicecomitatu meo Rothomagi et tria milia allectium de eodem vicecomitatu in capite jejunii, et tres modios frumenti annuatim habendos ad festum Sancti Michaelis de molendinis meis Rothomagi, nominatim his qui in loco predicto voluerint religiose vivere. Preterea, concedo eis et confirmo septies .XX. acras terre in foresta de Leonibus, et totum Bujelin, et terram de... que est inter Noitot et viam de valle que vadit inter Bolebec et Milevillam et se extendit usque ad lapides de Bolebec et usque ad Brunam Maram et, versus Milevillam, usque ad vallem de Brilleio, et omnes elemosinas alias que eis rationabiliter date sunt in elemosinam. Quare volo et firmiter precipio quod predicti infirmi omnia

hec predicta habeant et teneant bene et in pace et libere et quiete et integre et honorifice, cum omnibus pertinentiis suis in bosco et plano, in pratis et pasturis, in aquis et molendinis, [in stag]nis et vivar[iis], in viis et [sem]itis et [in] omnibus aliis locis et aliis rebus ad illa pertinentibus, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis. Testibus : R., archiepiscopo Rothomagensi ; E., episcopo Ebroicensi ; A., episcopo Lexoviensi ; comite Willelmo de Mandevilla ; Hugone de Laci ; Sehero de Quinci ; Johanne de Soligni ; Willelmo de Sancto Johanne ; Roberto de Stutevilla ; Bernardo Cumin ; Johanne, filio Luce. Apud Chivilli.